


In nomine sancte et indiudue trinitatis. In honore perpetue uirginis sancte Marie. in ueneratione sanctorum martirum Casme et Damiani. Ego Irmentrudis dei gratia humilis astnidensium abbatissa. Omnes fideles. presentis et futuri temporis. amatores et defensores ueritatis. audite memoriter. difficilis negotii difficile laborintum. in quo duodecim annis ecclesia nostra grauiter afflicta laborauit. sed diuine miserationis auxilio tandem misericorditer exiuit. anno ab incarnatione domini M.C.XLII. anno regis nostri Cunradi. V. Indictione quiata. Ibius iunii. Predecessoribus nostri. sanctimonialibus. clericis. et ministerialibus. tanta fuiut connexio. benigne somplicitatis. honoste familiaritatis. caritatiue liberalitatis. ut concors concordia. prorsus extirparet ab eis. totius dissensionis uenesitia. Quare sanctimonialium et clericorum simplex beniuolentia. gratiam reddens pro gratia note relegionis ministros inmunitatis sue cohabitatione muniuit. probter iuimicorum importunitatem. temporum tranquillitatem ecclesiarum nicinitatem. illorum uero successio nimis imprudenter abusa sue liberttis arbitrio. Inmunitatis nostre terminos arroganter suis hereditariis beneficiis. nec reddens gratiam pro gratia. concordem illam concordiam ad nos deriuatam. mutauit in contraia. Nos igituer coram regibus. pontificibus. principibus. clericis. et laicis. inmunitatis nostro terminos defendentes sepe numero. iure diuino et humano exiuimus in pretaxato annorum termino nostre tribulationis laborintum. in coloniensi ecclesia iudicario ordine et XII. marcarum conpositione. Prefuerunt et assenserunt huic conpositioni. et iudicarie diffinitioni. Arnoldus coloniensium uenerabilis archiepiscopus. Arnoldus cancellarius. in domo s. Petri prepositus. cum ceteris colonie prepositis. Brunone, Gerardo, Thiebald, Thieoderico. Bernone. Berengero. Cum decanis et nagistris. et cum laicis. Adolpho comite¹. Gozguino comite². Theoderico de bruke, **Guezelino de strunkethe**, Rotgero de hurst. cum multis aliis liberis et ministris. Affuerunt et consenserunt quoque nobiscum nostri fideles. sanctimoniales Adelheidis preposita. Mahthildis. Uthelhildis. Oda. Capellani. Gerardus. Hermannus. Fridericus. ministri. Bertoldus cum primus curie nostre officariis. et Gvinemarum cum Guideloga et suis filiis ibidem coniunctis. firmamento nostra ueritatis. Huius negotii modum et seriem in ecclesia nostra publicatam. et ab ea probatam. et hoc sigillatam commonitorio signatam. ueritatis amatoribus tuendam committimus ne postmodum alicuius presumptio inmunitatis nostre terminos arroget suo beneficio. consignatos prefati pontificis nostri privilegio. in generali sinodo sub anathematis supplicio.



¹ = Berg

² = Heinsberg

Die Essener Äbtissin bekundet, wie verschiedene Ministerialen ihrer Kirche, welche aus freundschaftlichem Zutrauen Wohnung in dem Immunitätsbezirk bewilligt worden, später ein Recht dazu sich angemaßt, jetzt aber mittels richterlichen Spruchs und Vergleichs, derselben entsetzt worden.

Arnold I. Erzbischof von Köln stellt auf Bitten der Aebtissin Ermentrudis und die Klage des Konvents der Kirche zu Essen (esnidensis ecclesia) 6 Häuser, in deren Besitz sich die Ministerialen der Kirche Gevehard, Conrad, Widelogis, Friedrich, Gevehard, Edelger, Mathildis, Haszeka mit Gewalt gesetzt hatten, zum Gebrauch der Schwestern zurück.

Quelle:

Nordrhein-Westfälisches Hauptstaatsarchiv Düsseldorf, Stift Essen Urk.15.

Abdruck in:

- Lacombelet I Nr.346 S.231 f.

Zitiert in:

- Wand-Sayer, Dr. Gabriele: Ein uralt, adelich und ritterlich Geschlechte - Zur Geschichte der Herner Adelsfamilie von Strünkede. S.11.
- Frie, Hajo: Genealogie von der Horst in Vestische Zeitschrift Bd. 84/85 S.99f.